

iterum adsumpsit eum diabolus in montem excelsum valde.
& ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum. et dixit
illi. hæc omnia tibi dabo. si cadens adoraueris me. Tunc dicit
ei ihs. Vade satana. Scriptum est enim. Dñm dm tuum
adorabis. & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus. et
ecce angeli accesserunt & ministrabant ei.

Cum autem audisset ihs quod iohannes traditus esset. secessit in galileam. Et relicta ciuitate nazareth.
Venit & habitauit in capharnaum maritimã. in finibus Zabulon & neptalim. Vt adimpleretur quod dictum est per esaiam prophetam. Terra Zabulon & terra neptalim. via maris transiordanen galileae gentium. Populus qui sedebat in tenebris. uidit lucem magnam. Et sedentibus in regione & umbra mortis. lux orta est eis.
Exinde coepit ihs predicare et dicere. Poenitentiam agite ad propinquabit enim regnum caelorum.
Ambulans autem iuxta mare galileae. uidit duos fratres. Symonem qui uocatur petrus. et andream fratrem eius. mittentes rete in mare. Erant enim piscatores.
Erat illis. Venite post me. & faciam uos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eũ.
Et procedens inde. uidit alios duos fratres. Iacobũ zebedei et iohannẽ fratrẽ eius in nauu. cũ zebedeo patre eorũ reficientes retia sua. et uocauit eos. Illi autẽ statim relictis retibus & patre secuti sunt eũ.
Et circuibat ihs totam galileam. docens in synagogis eorum. et predicans euangelium regni. et sanans omnem languorem. & omnẽ infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam syriam. et obtulerunt ei omnes male habentes. uariis languoribus & tormentis comprehensos. Et qui demonia habebant. et lunaticos. & paraliticos. & curauit eos. Et secutae sunt eum turbae multae de galilea & decapoli. et hierosolymis. & iudaea. et de transiordanen.
Videns autem turbas. ascendit in montem. Et cum sedisset. accesserunt ad eũ discipuli eius. Et aperiens os suũ. docebat eos dicens.

Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
Gray Scale
0 1 2 3 4
© HAB http://diglib.hab.de/mss/18-22-aug-4f/start.htm?image=00035
UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/hab_mss18-22-aug-4f/0035